Fragmentarium

sapientia: ut exhibeamus omnem
hominem perfectum. In christo ihesu.
domino nostro. Secundum lucam
In illo tempore. Reversus est ihesus in virtute
spiritus in galyleam: et fama exiit per
universam regionem de illo. Et ipse
docebat in synagogis eorum. et mag
nificabatur ab omnibus. Et venit
nazareth ubi erat nutritus. et in
travit secundum consuetudinem suam
die sabbati in synagogam. et sur
rexit legere. Et traditus est illi li
ber ysaie prophete. Et ut revolvit li
brum: invenit locum ubi scrip
tum erat. Spiritus domini super me. propter
quod unxit me euuangelizare pau
peribus misit me. Predicare capti
vis remissionem. et cecis visum.
Dimittere confractos in remissio
nem: predicare annum domini accep
tum et diem retributionis. Et cum
plicuisset librum: reddidit mi
nistro et sedit. Et omnium in syna
goga oculi: erant intendentes in
eum. Cepit autem dicere ad illos:
quia hodie impleta est hec scrip
tura in auribus vestris. Et omnes testi
monium illi dabant. Et mirabantur

bat eos sabbatis. Et stupebant
in doctrina eius: quia in potesta
te erat sermo ipsius. Et in syna
goga erat homo habens demoni
um inmundum: et exclamavit
voce magna dicens Sine. Quid
nobis et tibi ihesu nazarene? Ve
nisti perdere nos. Scio te qui sis
sanctus dei. Et increpavit illum
ihesus dicens. Obmutesce: et exi ab il
lo. Et cum proiecisset illum demoni
um in medium nichilque illum
nocuit. Et factus est pavor in
omnibus: et conloquebantur ad invi
cem dicentes. Quod est hoc verbum
quia in potestate et virtute impe
rat inmundis spiritibus et exeunt.
Et divulgabatur fama de illo in
omnem locum regionis. Dominica iii.

Adorate deum omnes ange li eius
audivit et letata est syon et exultave
runt filie iude. Ps. Dominus regnavit exultet
terra letentur insule multe. Collecta
Omnipotens sempiterne deus infir
mitatem nostram propitius re

License: public_domain – Antwerpen, Rijksarchief te Antwerpen, Verzameling Losse Aanwinsten, nr. 15.2, fol. [1]r – Missal (https://fragmentarium.ms/view/page/F-mpxh/5343/51016)